REGULAE MONACHORUM (BASILIUS. COLUMBANUS. PORCARIUS. CASSIANUS. AUGUSTINUS. PS. MACHARIUS ETC.). ISIDORUS HISPALENSIS

1. Hälfte 12. Jh. Seite 91r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

susciape. Esto obediens diuine dispensationi. uoluntati eius contraire
non audeas. Iura potestatis adepte moderanter exerce. Potestatis
iura accepta ordinato animo administra. Omia non turbulento sed
tranquillo corde dispone. Caue autē honores quos tenere sine culpa
non potes. Sublimitas honorum. magnitudo sceleruṁ est. In ma-
iori gradu sine dubio maior est pena. Qui minor est utrique proxi
mus est. Potentes autē potenter tormenta patiuntur. Iudicium
enim durissimum in his qui presunt. Cui multum datur multum
abeo requiritur. Cui plus creditur plus abeo exigitur. Honores
quoq; secum pericula gerunt. Cito periclitatur potestas cito ruinam
patitur. Quanto enim maior honor tanto maiora pericula. Alta arbor
aueris fortius agitatur & rami eius citius in ruina confringuntur.
Excelse turres grauiori casu procumbunt. altissimi montes crebris
fulgoribus feriuntur. Inpotente cito cadet in uidia. Cito para & insidius
gloriosus. Gta enim inuidiam parit, inuidia uero periculum. Quam-
uis quisq; insecti gta fulgeat. quamuis purpura auroq; resplendeat.
quamuis cultu pretioso redimitus emineat. quamuis multitudi
ne premunitus. quamuis excubantium armis protectus. quā-
uis innumeris obsequentium cuneis constipatus. quamuis agmi
nibus fultus. semp tamen in pena est. semp in angustia. sep in mero
re. semp indiscrimine. In syricis stratis cubat sed turbidus. In pluma
iacet sed pallidus. in lectis aureis sed turbatus. Breuis est huius mun-
di felicitas. modica est huius seculi gta. Caduca est & fragilis temporalis
potentia. Dic ubi sunt reges. ubi principes. ubi imperatores ubi
locupletes rerum. ubi potentes. seculi. ubi diuites mundi. qsi
umbra transierunt. uelut somnium euanuerunt. querunturq; &
non sunt. diuitie usq; ad periculum ducunt. diuitie usq; ad extremum
pertrahunt. Multi propter opes perclitauerunt. multi propter diui
tias in discrimen uenerunt. Multis extimabiles fuerunt diuitie. Mul
tis morte generauerunt opes. Numquam requiem mentis. quietis.
terrenis se subdit. Sollicitudines enim rerum mente conturbant. Curę
rerum mente exagitant occupatus enim sollicitudinib; nūquam caret
angustiis. Si ergo uis esse quietus. nihil seculi appetas. Sep mentis re